Helisabetham de Zelonka coniugem suam Generosum Brzeski Venatorem Sendomirien maritum suum mori contigerit extunc idem Generosus maritus suus bona sua omnia morte eiusdem consortis suae derelicta cum omni ipsorum iure et proprietate omnibusque utilitatibus fructibus et emolumentis nullis penitus exceptis tenebit habebit et possidebit ad extrema duntaxat vitae suae tempora Post mortem vero praedicti mariti sui bona eadem sua omnia ad Successores praefatae Consortis suae sine quavis contradictione Successorum manu redire debebunt et tenebuntur praesenti sua personali recognitione ac Cyrographo mediante.

Brzeski Tutores Liberis suis Inscribit.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemislien Generosus Stanislaus Brzeski Venator terrae Sendomirien Sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et consuetis recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan Praemisliensi Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis sua omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse mortalitatis suae conscius consultumque bonis fortunis ac pupillis suis fieri cupiens Illustres et Admodum Reverendos Andream de Brzezie Canonicum Cracovien Scholasticum Sendomirien Georgium Canonicum Sendomirien Sacrae Regiae Maiestatis Secretarium et Generosos Albertum atque Paulum de eadem Brzezie Brzeskich fratres suos Nec non Helisabetham de Zelonka consortem suam atque Georgium de Korniey Kochanowski in veros ac legitimos Generosorum Stanislai Ignatii et Anastasiae filiorum et filiae cum olim Generosa Barbara de Korniey Kochanowska primi nuptus consorte sua procreatorum Nec non et aliorum liberorum suorum cum Generosa Helisabetha de Zelonka secundi voti consorte sua suscipiendorum et in posterum favente Divina providentia suscipien ac procreandorum tutores bonorumque ac fortunarum omnium post fata sua derelinquendarum administratores eligit inscribit et assignat Dans et concedens iisdem superscriptis tutoribus bonorumque suorum omnium administratoribus plenariam potestatem et omnimodam facultatem bonis ac

firtunis suis omnibus regendi gubernandi pro usuq ac Commodo liberorum suorum di=
sponendi Contractus quoscunque nomine eorundem pupillorum suorum in rem et commodum
eorundem instituendi pupillos in fide Romana Catholica exercendi moribus honestis im=
buendi aliaq omnia pro debito officii ipsorum in omnem meliorem frugem eorundem Li=
berorum suorum convertendi conficiendi et quidquid veros tutores de iure concernit exequendi
Quam quidem tutelam suprascriptus Generosus recognoscens non nisi post fata sui recognoscen=
tis vor suum habituram declarat praesenti personali recognitione ad praemissa mediante.

Bystrzyiowski Bolestraszyckim fratribus germanis Debet

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Premislien Generosus
Hyacinthus de Bystrzyiowice Bystrzyiowski sanus mente et corpore existens a Terrestribus Castren=
sibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competen recedendo Praesenti Iure
Castrensi Capitaneali Premislien Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quibus omnibus
quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atq subiiciendo pa=
lam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Perillustri et Admodum Re=
verendo Ioanni de Iszedzie Canonico Luceorien et Stanislao ab eadem Iszedzie Bura=
topetkom Bolestraszyckim fratribus germanis eorumq posteris summam Septingentorum
floren polon certi veri iusti et liquidi debiti mutuatoq apud ipsum per se recognoscen pe=
cuniis tenetur atq debet Quam quidem summam suprascriptam Septingentorum floren polon
suprascriptus recognoscens Generosus Bystrzyiowski se ac suos successores in et super bonis suis
quibus omnibus ac summis quibusvis plenarie habitis et habendis praefatis Perillustri et Admo=
dum Reverendo Canonico Luceorien et Gnoso Stanislao Bolestraszyckim fratribus germa=
nis eorumq posteris inscribit et obligat praesens hinc pro die vel festo Conversionis Sanc=
ti Pauli Apostoli proximo et immediate in anno Millesimo Sexcentesimo Quinqua=
gesimo Septimo venturo dare solvere et numerare ac coram officio Actisq praesen
Castren Capitaneali Premislien realiter et in effectu reponere et relinquere reponitamq et reli=
ctam rursus ab eodem officio non effidendam nec arestare vel quovis alio modo solu=
tionem summae eiusdem impugnare Idq sub vadio similis summae Septingentorum

floren